



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Lvdovici Carrionis Antiqvarvm Lectionvm Commentarii III**

**Carrion, Louis**

**Antverpiæ, M D LXXVI**

Ius trium liberorum in V. V. capiunda. Legis Papiæ verba correctæ. Lex Populia. P. R. Quiritibusque. Fabius Pictor, & M. Cato emendati. Agellij defectus suppletus. Cap. I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70907)

LVDEVICI CARRIONIS  
ANTIQUAR. LECTION.  
COMMENTARIVS.  
TERTIVS.

*Ius trium librorum in V.V. capiunda. legis Papiae  
verba correcta. lex Populia. P. R. Quiritibus  
que. Fabius Pictor, & M. Cato emendati  
Agellij defectus suppletus.*

## CAPVT. I.



*VI de iure trium liberorum, hac  
nostra aetate copiose scriptum  
illud videtur ignorasse, aut alio  
qui temere praetermisisse, filiam  
eius, qui liberos tres haberet, à  
Vestae sacerdoti excusationem*

*Agell. li. I.  
cap. XII.*

*habere. quod ab Ateio Capitone scriptum fuisse tra-  
dit Agellius: si verba eius, vt in libro Bulfidiano  
scribuntur, alijsque veteribus nonnullis, recen-  
seantur. nam, vt hodie sunt in manibus, praero-  
gatiuam iuris trium liberorum valde minuunt.  
Praeterea, inquit Agellius, Capito Ateius scri-  
ptum reliquit, neque eius legendam filiam qui domi-  
cilium in Italia non haberet, & excusandam eius  
liberos tres haberet. Est eodem loco quoddam legis  
Papiae caput, à vestois extremis imperfectum.  
quod sic restituo: De more ritibusque capiundae vir-  
ginis, litterae quaedam antiquiores non exstant; non  
quod fertur, quae capta prima est, à Numa regi  
esse captam, sed Papiam legem inuenimus, qua caut-  
tur vt Pontificis maximi arbitratu virgines è populo  
viginis*

Ant. Mureti  
Varia Lectione  
LIII  
28



viginti legantur, sortitioque in concione ex eo numero fiat, & cuius virginis ducta erit, ut eam pontifex maximus capiat, eaque Vestae fiat. quem locum lius defectum ita supplendum esse, iam olim ex eodem Buſſidiano libro, popularis meus, atque adeo, dum fata deusque sinebant, familiaris, Iacobus Raewardus, Flandriae nostrae, si vita diutius suppeditaſſet, Cuiacius futurus, rectissime monuit. pergit Agellius: sed ea sortitio ex lege Papiam non necessaria nunc videri solet. nam si quis honesto loco natus, adeat pontificem maximum, atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cuius duxat, saluis religionum observationibus, ratio haberi possit, gratia Papiam legis per se ratum fit. Hic in vetustioribus excusis non, Papiam, est; sed, Popiliae: in Buſſidiano; Populiae. quae scriptura in super habenda non est. Deinde, per senatum, non, per se ratum, scribi debet. Iam vero verba è lib. 1. Fabij Pictoris, quae Pontificem maximum dicere oportet, cum virginem capit, sunt huiusmodi: Iam eod. ca.

SACERDOTE M. VESTALE M.  
 QVAE. SACRA. FACIAT. QVAE. IOVS.  
 SIET. SACERDOTE M. VESTALE M.  
 FACERE. PRO. POPOLO.  
 ROMANO. QUIRITIBVS. Q. VTI.  
 QVAE. OPTVMA, LEGE. FVAT.  
 ITA. TE. AMATA. CAPIO.

scripsi primum, populo Romano Quiritibusque; cum vulgo esset, populo Romano Quiritium; ex iisdem illis schidis. quod Romanos in omnibus sacrificijs & precibus hoc dicere consueuisse meminisse. Festus, seu potius, Diaconus: Dicitur Festus, dicitur



POPOLO ROMANO QVRITIBVS

VE. quod est Curenſibus. quae ciuitas Sabina-  
rum potentissima fuit. deinde emendauit: Ut quae  
optima lege fuerat. tale enim quiddam in magistra-  
tionis creandis adijci solere, idem Festus tradidit: in  
modo eadem scriptura, quae in Augustini editione  
chartae marginem infidet, pro vera recipiatur; &  
ipsa verba nouum habeant initium. hunc in modum

idē; optima

VI. QVI. OPTVMA. LEGE. FVE-

RINT. adijci solet, cum quidam magistratus  
creatur. vnde sane in superiore illa lege, non inci-  
te scribi posset: Vti. quae. optima. lege. fuerit. praeter-  
erea M. Caesonis de Lusitanis, cum Ser. Galbam  
accusauit; ita sunt scribenda: Ego me nunc volo in  
pontificium optime scire. iamne ea causa Pontifex  
capiar? si volo augurium optime tenere: & quis me ob  
eam rem augurem capiatur?

Renotes. Sallustius & Caesar explicati. Caesaris  
vulgares. scripturae defensae. aliorum  
mendatio eiecta. Cor. Tacitus castigatus.

C A P I T U L I I.

Caesar com-  
met. de bell.  
Gall. l. VI

C. Iulius Caesar, mores, vitam, studia, religio-  
nem Germanorum, cum Gallorum institutio-  
nis conferens, Vita omnis, inquit, Germanis, in vena-  
tionibus, atque in studiis rei militaris consistit. ab par-  
tibus duriciei ac labori student. qui diuissime impe-  
beres manserunt; maximam inter eos ferunt laudem.  
Hoc alij staturae, alij neruos viresque confirmari  
putant. intra annum vero vicesimum, feminae notitia  
habuisse, in turpissimis habent rebus. cuius rei nulla  
est occultatio, quod et promiscue in flumine perlauant,  
& pel-

Ant. Mureti  
varia Lectorum  
LIII  
28